et non compareetem in pena Banitionis ex regestri ordini ac admissione Iu dicy presentis Iudicialiter condemnavit in cuius autem eiusmodi condemnatio nis Iudicium præsens Castren Capitan Bran visa et consideratione citati clamati et non comparentes contumacia et temeritate Iuri cummuni et partis actoreæ affectationi ac contentis citationis inherendo super predicto citato et bonis ipsius omnibus penam banitionis decernit ipsumq eam exnunc Bannitum et de Regno Poloniæ dominysq eidem annexis proscriptum esse pronunciat et ad publicandam Ministerialem supra scriptum Proszenski addit et deputat prout idem Ministerialis Ius sui deputationis referens eloco publicationis rediens recognovit se præfatam pænam Banitionis super prænominato citato obtentam in foro oppidi huius Bran in præsentia multorum hominum pro tunc congregatorum alta sua preconica voce publicasse proclamasse et noticiæ debitæ omnium hominum deduxisse de quo sua relatione fecit

LOPIENSKI BANNITUS

Super citationem literalem Castren Capitan Branscen tenoris talis Franciscus Ioannes in Kloczow Lesnowolski Capitan etc Branscenses Tibi Nobili Alberto olim Lucæ Lopienski et omnibus bonis tuis vigore Regio et nostra Capitaneali authoritati mandamus ut in Terminis Iudicialibus simul et querelarum ac causarum officy Capitan Castren in Curia Regia Branscensi feria secunda post datam præsentis citationis proximius celebrandis personaliter et peremptorie compareas ad instantiam Nobilis Marinæ Filiæ Nobilis Ioannis consorti Nobilis Nicolai filii Thomæ Lopienski Actoris quæ te citat ad baniendum et proscribendum de regno Poloniæ dominysq eidem annexis pro eo quia tu remanetionem seu fortem de bracio regali intromissionem per vices gerentem officy nostri ministerialem et Nobiles in causa ratione eiusdem actoris de totalibus et integris bonis immobilibus in hereditati Lopienie sitis eidem per ipsummet modo demissorio in summa viginti Floren pollon inscriptis et recognitis vi et violenter expulsionis usu et posessione pacifica privationis instituta affectatam non admisisti imo temere impugnasti perge in penam banitionis merito incidisti proqua super te et bonis tuis omnibus

8900

bonis eius omnibus decernenda et per ministerialem publicanda citaris iu
dicialiter sis responsurus datum in Curia Regia Branscensi Feria secunda post
festum sancti Mathei Apostoli proxima Anno domini Millesimo sexcentesimo Quin
quagesimo primo cuius quidem citationis prae insertae copiam sigillatam Minister
ialis regni Generalis Nobilis Simon Lopienski recognovit se ab una integra ante
terminum praesentem septimana in bonis citati propriis posuisse et publicasse
supra scripta pars actorea memoratam superius partem citatam Iudicium
Castren. Capitan. Branscen. per Ministerialem regni Generalem Nobilem Benedictum
Prosienski Iuridice clamatum et non comparentem in pena bannitionis ex reges
tro ordine admittentiq Iudicio praesenti iudicialiter condemnavit in cuius causa
condemnationis eiusmodi iudicium praesens castrense Capitan. Branscen. visa et
considerata citati clamati et non comparentes contumatia et temeritati Iure com
muni et partis actoreae affectationi contentisq citationis inhaerendo super ipso
citato et bonis eius omnibus penam bannitionis decernit ipsumq citatum iam
ex nunc bannitum et de regno Poloniae dominiisq eidem annexis proscriptum esse
pronunciat et ad publicandam eandem penam bannitionis Nobilem Regni Generalem
Nobilem Benedictum Prosienski addit et deputat decreti praesentis vigore

HEREDES DE RACIBORI BANNITI

Super citationem literalem Castren. Capitan. Branscen. tenoris talis Francis
cus Ioannes in Ulozow Lesnowolski Branscensis etc Capitaneus Vobis Nobilibus
Adamo olim Stanislai Rza et consorti tuae Zophiae Dzyegowianka Michaeli olim
Petri Racibor Valentino Markowski de Srednica de Racibory antiqua heredibus
ex omnibus bonis vestris vigore Regio et nostra capitan. auctoritate mandamus
ut in terminis Iudicialibus simul et querelarum ac causarum officii Capitanea
lis Castren. In Curia Regia Branscensi feria secunda post datam praesen
tis citationis proxime celebrandis personaliter et peremptorie com
pareatis ad Instantiam Instigatoris Iudicii Nostri et ipsius dela
toris Nobilis Mathiae olim Michaelis Racibor Qui vos et praesenti
temeritate cum mariti sui assistentia citat ad Banniendum et
de Regno Poloniae Proscriben. ideo quia vos ausi estis Nobilem
Bartholomeum olim Martini Idzkowski de Idzki Mtynowizna
heredem Bannitum et de Regno Poloniae Proscriptum in domibus ves
tris conservare cum eo conversari consilium auxiliumque